dicentes, quod deus eorum vel essent tam no-
biles et numquam eos hominibus assimi-
lari debere et ipsos recludere in domibus
Ipsi eciam dedicaverunt in templis vel in
nomine deorum arbores et rubetas

+ f. CCXLVI.[a]

viam,

erunt,

et rubetas / nominantes eos nominibus
eorum. Habentes eciam ~~sacrilegia~~ sortilegia et divina-
ciones, valde humiliter procedentes, fran-
gentes ramum de arbore, carpentes ab eo
pullulaciones, signantes uniuscuiusque
signo proprio, proicientes eos super pannum
album improvise cadentes ad invicem. Cre-
dentes eciam ad auguria, voces et volatus
avium et eciam ad hynnitus equorum
non solum ~~rus~~ rustici et simplici homines
sed + pro maxima parte nobiles et domini.
Habuerunt eciam alias incantaciones et
divinaciones, quas exercentes, quando ~~vole~~ vole-
bant ire ad pugnam vel litigia incipere.
Et contra quascumque volebant incen-
dere cum astucia capiebant unum ex
istis et illum oportebat certare cum uno
eorum et quis eorum optinuit victoriam
secundum hoc regebant se. Ipsi eciam
maximam fiduciam habebant ad aug-
mentum lune vel ad opposicionem eius.
Ipsi eciam quam plures errores habuerunt
quas pretermittimus pro nunc. Tamen
computavimus incredulitatem eorum,
ut quis audiat sermones hos, ut cognos-
cat quanta bona eum ~~ex~~ Dominus
fecerat ~~ex~~ ex incredulitatibus eorum et ex
servicio dyaboli cum quo longo tempore
occupati fuerunt. Ipsi fuerunt exterribili
vel terribiles homines oppugnantes omnes
~~terras~~ terras ipsis adiacentes et presertim Franci-
genas et hoc non sine causa, quia planicies
erat inter eos et campi et agri eorum in
unum fuerunt conglobati ac adunati ~~et~~ et
eciam iugera dividi non potuerunt. Ipsi